

potens est depositum meum servare in illum diem. Rep-

sita est mihi corona iustitie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex

Deus qui multitudinem gentium beati pauli [illegible]
apostoli predicatione docuisti, da nobis quesumus
ut cuius natalicia colimus eius apud te patrocinia
In diebus illis: Saulus actuum sentiamus. ad

Domine audivi a multis de viro hoc quanta mala
[illegible] sanctis tuis fecerit in Ierusalem. Et hic
habet potestatem a principibus sacerdotum alli-
gandi omnes qui invocant nomen tuum.
Dixit autem ad eum [illegible] electio-
nis mihi est iste, ut portet nomen meum coram
regibus et gentibus et filiis Israel. Ego enim
ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine me-
o pati. Et abiit ananias et introivit in

Ev. Exultabunt sci. [illegible] Sedente ihu. off. totum

Clamat secretum Suscipe dne preces et mu[ni] i gl

nera que in [illegible] aspectus. scon

tuis preces [illegible] co. Iam non estis

Quesumus [illegible] sanguinis resplen

luminare [illegible] ut nos pia devotio

ne [illegible] eius tuus certa

redemptione [illegible] oct. aplor. fer Sapientiam

O[illegible] [illegible] totus

in fluctibus ne mergeret [illegible] complu

Skatte, Boken Landbo, Tiende och
Saaköris Registrett aff Gemalen facedt
Anno 1575. Finneland
No. 1.

[illegible]
[illegible] fortitudo singula-
[illegible] propicia firmamentum sit
[illegible] mortuorum fidelium remissio omnium.
Pietate tua quesumus *Generalis collecta* peccatorum
nostrorum solve vincula delictorum et
intercedente pro nobis beata et gloriosa semper
virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis
regem nostrum pontificem et omnem congregationem sibi
commissam et nos famulos tuos atque loca
[nostra] in omni sanctitate custodi omnesque consangui-
nitate ac familiaritate vel confessione et oratione
[nobis iunctos] a viciis purga virtutibus illu-
stra pacem et salutem nobis tribue
hostes visibiles et invisibiles a nobis remove pe-
stem et famem repelle inimicis nostris caritatem
largire et omnibus fidelibus vivis ac defunctis
in terra viventium vitam et requiem eternam concede.
Deus qui singulari corporis tui hostia totius *Secreta*
mundi solvisti delicta hac oblatione placatus
[illegible] intercedente beata dei genitrice
virgine maria maculas scelerum nostrorum
absterge et omnium christianorum vivorum ac de-
functorum peccata dimitte eisque premia
eterna concede. *Co.* Sumpta quesumus domine
sacramenta omnia crimina nostra detergant
omnemque pravitatem et hostium impugnationem
visibilem et invisibilem meritis sancte dei
genitricis marie omniumque sanctorum angelorum procul
repellant et omnibus fidelibus vivis et defunctis
[illegible] oblata sa-
Requiem eternam dona eis *Missa pro defunctis.* Introitus
Inclina domine aurem tuam ad preces nostras
quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ut

[illegible]
[illegible] machabeus
suis [illegible] *machabeorum*
In diebus illis vir fortissimus Iudas collatione
facta duodecim milia dragmas argenti
misit ierosolimam offerri ibi pro peccatis mor-
tuorum sacrificium bene et religiose de resurrectione cogitans.
Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos spe-
raret superfluum videretur et vanum orare pro
mortuis. Et quia considerabat quod hii qui cum pieta-
te dormitionem acceperant optimam haberent
repositam graciam. Sancta ergo et salubris est cogita-
cio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur. *Gr.*
Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis.
V. Absolve domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo
delictorum. *Tr.* Si ambulem in medio umbre mortis
non timebo mala quoniam tu mecum es domine. *V.* Virga tua et
baculus tuus ipsa me consolata sunt. *Tr.* De profundis
clamavi ad te domine domine exaudi vocem meam. Fiant aures
tue intendentes in orationem servi tui. Si iniquitates observa-
veris domine domine quis sustinebit. Quia apud te propiciacio est
et propter legem tuam sustinui te domine. *Secundum iohannem*
In illo tempore dixit martha ad ihesum Domine si fuisses hic
frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia
quecumque poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus
Resurget frater tuus. Dicit ei martha Scio quia
resurget in resurrectione in novissimo die.
Dixit ei ihesus Ego sum resurrectio et vita. Qui
credit in me etiam si mortuus fuerit vivet et omnis
qui vivit et credit in me non morietur in eter-
num. Credis hoc. Ait illi Utique domine ego credidi quia tu
es christus filius dei vivi qui in hunc mundum venisti.
In illo tempore dixit ihesus turbis iudeorum Omne *iohem*
quod dat mihi pater ad me veniet et eum qui venit
ad me non eiciam foras. Quia descendi de celo

non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem
eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui mi-
sit me patris: ut omne quod dedit mihi pater non
perdam ex eo: sed resuscitem illud in novissimo
die. Hec est autem voluntas patris mei qui misit
me: ut omnis qui videt filium et credit in eum
habeat vitam eternam et ego resuscitabo eum in novissi-
mo die. Offertorium. Domine Ihesu Christe rex glorie libera animas omnium fi-
delium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu li-
bera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne
cadant in obscura tenebrarum loca sed signifer sanctus Michael
representet eas in lucem sanctam. Quam olim Abrahe pro-
misisti et semini eius. Hostias et preces tibi domine offerimus.
Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus.
Fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim
Oblationes nostras quesumus domine propicius intende, secreta
quas tibi offerimus pro anima famuli tui .N. cui
tu donasti baptismi sacramentum: da ei eternorum
plenitudinem gaudiorum. Per dominum. pro femina secreta
Hiis sacrificiis quesumus domine anime famule tue .N.
a peccatis omnibus exuatur sine quibus a culpa ne-
mo liber extitit: ut per hec pie placationis offi-
cia perpetuam misericordiam consequatur. Per dominum. com
Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternum
quia pius es. Requiem eternam dona eis domine. cum sanctis tuis. com
Annue nobis quesumus domine ut anima famuli tui .N.
remissionem quam semper optavit mereatur per-
cipere delictorum. Per. pro femina. Inveniat quesumus domine
anima famule tue .N. lucis eterne consortium
cuius perpetue gratie consecuta est sacramentum. Per. In anni-
Deus indulgentiarum domine da anime versario
famuli tui .N. cuius anniversarium depositionis
diem commemoramus refrigerii sedem quietis bea-
titudinem luminis claritatem. Per dominum. secreta
Propiciare domine supplicationibus nostris pro anima
famuli tui .N. cuius hodie annua dies agitur
pro qua tibi offerimus hoc sacrificium laudis: ut
eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per. co
Suscipe domine preces nostras pro anima famuli tui .N.
cuius anniversarium diem celebramus: ut si qua ei de ter-
renis contagiis adheserunt remissionis tue miseratione
deleantur. Per. Missa unius sacerdotis. coll.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulum
tuum .N. sacerdotali fecisti dignitate vigere:
presta quesumus ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per. secreta
Suscipe quesumus domine hostias pro anima famuli
tui .N. sacerdotis: et cui sacerdotale donasti
meritum, dones et premium. Per dominum. Post com
Propiciare domine supplicationibus nostris et animam
famuli tui .N. sacerdotis in regione vivorum
eternis gaudiis iubeas sociari. Per. Pro pluribus
Concede quesumus omnipotens deus animabus sacerdotum
famulorum tuorum sacerdotii felicitatis
eterne consortium: quibus donasti sacri altaris tui
consequi ministerium. Per. secreta. Munera quesumus domine
tibi dicanda sanctifica: et animas famulorum tuorum
ab omni labe humane conditionis absolve
quibus totius mundi delesti peccata. Per. Post com
Presta quesumus omnipotens deus ut anime famulorum tuorum sacerdo-
tum celestis gratie premia consequantur quibus
spiritualis gratie munera contulisti. Per. Pro defuncto
Omnipotens sempiterne deus: cui numquam sine spe
misericordie supplicatur propiciare anime fa-
muli tui .N. ut qui de hac vita in tui nominis
confessione decessit sanctorum tuorum numero facias
Propiciare quesumus domine anime secreta aggregari.
famuli tui .N. pro qua tibi hostias placationis
offerimus: et quia in hac luce in fide mansit catho-
lica: in futura vita ei retributio condonetur. Per. com
Presta quesumus omnipotens deus ut anima famuli tui .N.
ab angelis lucis suscepta: in preparata habita-
cula deduci facias beatorum. Per. Pro congregatione
Deus venie largitor et humane salutis
auctor: quesumus clementiam tuam: ut nostre congrega-
tionis fratres et sorores parentes famili-
ares benefactores qui ex hoc seculo transierunt
beata Maria semper virgine intercedente
cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudi-
nis consortium pervenire concedas. Per. secreta
Deus cuius misericordie non est numerus suscipe propicius preces
humilitatis nostre: et animabus fratrum ac soro-
rum nostrarum congregationis quibus tui nominis

te dicisti confessione, per hec sacramenta salutis nostre cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per. Sec.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: ut anime pro quibus hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati, per huius virtutem sacramenti a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinem. Per. Pro patre et matre.

Deus qui nos patrem et matrem honorare precepisti, miserere clementer animabus patris et matris mee atque omnium propinquorum meorum eorumque omnia peccata dimitte, meque cum illis in eterne claritatis gaudio fac videre. Per. Sec.

Suscipe domine sacrificium quod tibi pro animabus patris et matris mee atque propinquorum meorum offero, eisque gaudium sempiternum in regione vivorum concede, meque felicitati sanctorum coniunge. Per.

Celestis domine participatio sacramenti animabus patris et matris mee atque omnium propinquorum meorum requiem et lucem obtineant perpetuam, meque cum illis gratia tua coronet eterna. Per.

Miserere quesumus domine animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum, et pro beneficiis que nobis largiti sunt in terris, premia eterna consequantur in celis. Per. Sec.

Suscipe domine hec munera pro animabus omnium nostrorum quiescentium benefactorum, et pro beneficiis eorum quibus sustentamur: da eis retributionem in regno celorum. Per.

Sumpta sacramenta domine abluant nos. Com. a cunctis peccatis, et animabus nostrorum benefactorum consortia obtineant spirituum beatorum. Per.

Deus cuius. Pro his qui in cimiterio requiescunt.

[Deus cuius] miseratione anime fidelium requiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique in Christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine letentur. Per. Sec.

Pro animabus famulorum famularumque tuarum omnibus hic et in Christo quiescentibus hostiam quesumus domine suscipe benignus oblatam, ut hoc sacrificio singulari vinculis horrende mortis exute

[...] eternam. Per. Com.

Deus fidelium lumen animarum adesto supplicationibus nostris et da famulis et famulabus tuis omnibus quorum corpora hic in Christo requiescunt refrigerii sedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem. Per. Pro fidelibus dei defunctis.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt piis supplicationibus consequantur. Per. Sec.

Hostias quesumus domine quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum et omnium fidelium defunctorum offerimus propitiatus intende, ut quibus fidei christiane meritum contulisti donationes et premium. Com.

Animabus quesumus domine famulorum famularumque tuarum et omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium, ut eas a peccatis omnibus exuas et tue redemptionis facias esse participes. Per. Exorcismus salis.

Exorcizo te creatura salis per deum ✠ vivum, per deum ✠ verum, per deum ✠ sanctum, per deum qui te per Heliseum prophetam in aquam mitti iussit ut sanaretur sterilitas aque, ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, ut sis omnibus te sumentibus sanitas anime et corporis, ut effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersus fueris omnis fantasia vel versutia diabolice fraudis, omnisque spiritus inmundus adiuratus per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Oremus. Oratio.

Immensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis quam in usum humani generis tribuisti bene✠dicere et sancti✠ficare pro tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, et quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit careat omni inmunditia omnique impugnatione spiritualis nequitie. Per [...] qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem.

Exorcismus aque. Exorcizo te creatura aque in nomine dei pa✠tris omnipotentis et in nomine Iesu ✠ Christi filii eius domini nostri et in virtute spiritus ✠ sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici et ip[sum]

inimici eradicare [illegible] in angel[illegible]
suis apostatis [illegible] ihesu xpm filium
[illegible]

D[illegible] magnitudinis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] multimo [illegible] pietatis [illegible] tue bene dictionis [illegible] misterii tui [illegible] servientis [illegible] morbos [illegible] pellendos divine [illegible] effectum ut quid quid in domibus vel in locis fidelium [illegible] unda resperserit careat omni inmundicia [illegible] noxa non illic resideat spiritus pestilens [illegible] corrumpens discedant omnes insidie latentis inimici et siquid est quod aut incolumitati [illegible] invideat aut quieti aspersione huius aque effugiat ut salubritas per invocationem tui nominis expetita ab omnibus sit impugnationibus sit defensa. Per dominum. Hic mittatur sal in aqua

Fiat hec commixtio salis et aque pariter in nomine patris ✠ et filii ✠ et spiritus ✠ sancti [illegible]

Deus invicte virtutis auctor et insuperabilis imperii rex ac semper magnificus triumphator qui adverse dominationis vires reprimis qui inimici rugientis [illegible] superas qui hostiles nequitias potens expugnas te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus ut hanc creaturam salis et aque dignanter aspicias benignus illustres pietatis tue more sanctifices ut ubicumque fuerit aspersa per invocationem sancti tui nominis omnis infestatio inmundi spiritus abiciatur terrorque venenosi serpentis procul pellatur et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per [illegible]

Vnde [illegible] Asperges [illegible] [illegible]

de nobis domine misericordiam tuam [illegible] sit

[illegible] Oratio

Exaudi nos domine [illegible] omnipotens eterne deus et mittere dignare sanctum angelum tuum de celis qui custodiat foveat protegat visitet et defendat omnes habitantes [illegible]

In honorem sancti spiritus [illegible] festivale